



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Naufragium inscius euadit. 49

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

dimissam cōcionem inuitari, suo-
 que hominem prandio adhiberi;
 quòd eam rem sibi volēti esse ma-
 ritus ostēderat. Ibi contendit op-
 portunè tanta vi de rebus diuinio-
 ribus, deq; celestium amore disse-
 rere **IGNATIVS**, vt inter modestiā
 eius ardoremque ad omnia dicē-
 tis verba vehementer obstupesce-
 rent. Hæc eadem Isabella, quòd
 cum Nauarcho conuenisse iam
 cōpererat, vt profecturus hospes
 lembulum ingrederetur, magno-
 pere dissuasit; tanquā futuri certa.
 49 Quippe is phaselus breui post
 in portu, inque ciuium ore, flucti-
 bus haustus, interiit; tracturus in
 cladem vtique & **IGNATIVM**, nisi
 conuentę morti fœmina interces-
 sisset. At ille grandiori nauigio ve-
 ctus, secunda tempestate quinto
 post die, quā Barcinone soluerat,
 Caietam appellitur. Inde Romam
 magnis itinerum difficultatibus
 con-

contendit. 50 Vfus enim venerat, vt sub illū fortè annum, qui ad fequimillesimum tertius & vigefimus numerabatur, Italiam pestilentia paffim laceraret, finelque omnes arctis custodijs feruarentur. Quibus proinde rebus fiebat, ne qua oppidis receptus, curare corpus aliquando, aut ftipem rogare poffet: fed ibi demum famelicus, ac fatigatus cubile caperet, vbi deficientem nox oppreffiffet.

51 Tenuit ægrè tandē propofitum; Romamque perlatus, piè ad fumma vrbis templa supplicare, & facra deuenerari religiofè ftuduit. Post etiam impertitis ab Adriano VI. precibus, cū dies non plus quindecim in vrbe remaniffet, maturauit proficifci. Efti verò fuère multi, quibus confultum non videbatur, vt id temporis homo omnium rerum iuxtà ac virium egens, cum fortuna tam mali-